



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 12. Optimum, contra temeraria iudicia, remedium, in proprium sinum  
inspicere, & sua peccata considerare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

Quod si omnem omnino disimulationem reicer-  
titudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, &  
dicito apud temetipsum: Vehemens fuit nimis  
tencatio: Quid de me illa fecisset, si in me acce-  
pisset similiter potestatem?

## §. XII.

Optimum, contra temeraria iudicia, remedium,  
in proprium sinum inspicere, & sua pec-  
cata considerare.

Atque hoc est optimum, contra iudicia  
 temeraria remedium, ut, si iudicare volu-  
 mus, in nostrum sinum inspiciamus. Ibi  
 nulla committetur temeritas. certa & nota  
 ibi sumus iudicaturi. Ita Christus Phariseos  
 repressit, adulterij accusantes feminam,  
 cum ipsi pleni essent spurciis & impurita-

**Ioan. 8. 6.** te. Dixit enim: Qui sine peccato est vestrum,  
primus in illam lapidem mittat. Et alibi, post

**Matth. 7. 3.** verba illa: Nolite indicare, ut non iudicem-  
ni, subiunxit: Quid vides festucam, in oculo

fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?  
Hypocrita, eyce primum trabem de oculo tuo.

**In prat. spir. cap. 134.** Apud antiquos PP. senex quidam a fratre re-  
 gatus, quid causa esset, cur assidue indicaret fra-  
 tres monachos? respondit: Quia necdum te  
ipsum cognouisti. Nam qui se ipsum nouit, fra-  
trum vitia non aspicit. Itaque monet alius

S. Pater:

S. Pater: Piè cauteq; vigilandum est, ut cùm aliquem reprehendere vel obiurgare nos necessitas coegerit, primum cogitemus, utrum tale sit vitium, quod numquam habuimus, vel quo iam caruimus.

S. August.  
lib. 2 de  
ser. Dom.  
in Monte  
cap. 30.

Et, si numquam habuimus, cogitemus, & nos homines esse, & habere potuisse, &c. Indicet de alterius errore, ait S. Ambrosius, qui non habet, quod in se met ipso condemnet. Iudicet ille, qui non agat eadem, qua in alio puniatur punienda: ne dum de alio iudicat,

S. Ambr.  
serm. 20.  
in Psal.  
118.

in se ferat sententiam. Similia habet S. Chrysostomus, & S. Gregorius. Quàm stultus esset chirurgiam profitens, si alteri vellat festucam ex oculo extrahere, cùm ipse trahem in suo gestaret? medicus qui pustulam sanare alterius conaretur, ipse ulceribus scatens, quibus remedium nullum adhiberet? Nonne audiret, *Medice, cura te ipsum?*

S. Chrys.  
hom. 24.  
in Matth.  
S. Greg.  
Mor. c. 15.

### §. XIII.

*Malorum esse, in se sua mala in alijs eorum bona non videre.*

Tales sunt, qui temere iudicant. Nam Comes memoratus, de colloquio unico duos iudicauit severissimè, puniuit atrocissimè, quasi adulterium commisissent, cùm interea homicidium quod est utiq; adulterio grauius, & iudicium temerarium commisserit.